

Sacro, non uno saeculo varie polluta, lectoris manu ducturus
 Verum et huic incepto adornando, nondum satis otij fuit.
 Experias an quid ab aetate armata impetrari possit, cui non
 suffecit togata hyems. Tu vale Belgarum summo et me
 amae

Verè Tuum.

In Castris ad Philippinam

C. H.

Prid. Cal. Quintil. CIDIDCXXXIX.

^{Sibi}
 Praestantissimo Tuldeo, si amicitiae meae
 commemorationem exemplari altero
 hujus fabricae fieri patiatur, plurimum
 debebo.

J. Heilersigio.
 Principi Guilielmo
 à studiis.

Vir doctissimo atque humanissimo.

(2/6).

Quam excitandi, stimulandi que puellorum meorum, ut
 videtur non infelicibus ingenis amicam operam navasti
 toties et navas, mihi navatam puta, et quibus cumque
 officiis potero curaturum, ne te humanitatis poeniteat,
 quasi apud ingratum patrem male collocata. In re
 literaria quas progressus fecerint, quas hactenus autores
 legerint atque intellexerint, oculatus omnium testis
 nosti. quaeritur a me, qua pergendum sit. Ad hoc
 problema priusquam respondeo, quaero à te item
 mi Heilersieghi, quid censeas, atque ut de omni methodo
 quam inire deinceps expediat, sententiam ad me perscribas,
 valde cupio ac rogo. De Ascanio, eadem qua disseris,
 sapius mecum voluto, quid facias? nisi ut fidem
 ubique tuam ac diligentiam praestes, probe mihi per-
 specta, atque omnibus probis. ceteros, ut in aulis
 raro desunt, quarum in virtutes alienas τὸν ἄλλο ὄ
 οὐδ' ἄλλος, insuper habeto, conscius tibi spartae nec
 proditae nec neglectae. Ad ipsum Herulem prodicium
 quod attinet, qui propediem Grammaticales, ut sic
 dicam, annos excesserit, instare illi hariolor pene proxi-
 mam aetatem, qua se studio monitis que suis adversatum
 fuisse serio seroque conquesturus est. quia ipsi patriae
 ut ad se doloris hujus magnam partem spectare ducat,
 satis causa datum fore. Si fallor, ut verè cupio tanto nos
 propitio muniti, tanto tibi Heilersigi optime aetini
 obstrictos praedicabo. Vale, et me amae
 Ad Philippinam 3. Julii Tui amantissimum
 1639. C. H.

Qwendelino.